&predicar&incaurtatibus eorum; Johannes autem cum audisset
in uinculis opera xpi mittens duos de discipulis suis ait illi;
Tu es qui uenturus es: an alium expectamus? & respondens ihs
ait illis; euntes renunciate iohanni quae audistis & uidistis;
Ceci uident claudi ambulant leprosi mundantur; surdi audi
unt mortui resurgunt pauperi euangelizantur; & beatus
est qui non fuerit scandalizatus in me; Illis autem abeuntib;
cepit ihs dicere ad turbas de iohanne; quid existis in desertu
uidere harundinem uento agitatam? sed quid existis uidere
hominem mollibus uestitum? ecce qui mollibus uestiuntur in
domibus regum sunt; sed quid existis uidere prophetam?
Etiam dico uobis & plus quam prophetam; Hic est enim de
quo scriptum est; ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam
qui preparabit uiam tuam ante te; Amen dico uobis non
surrexit inter natos mulierum maior iohanne baptista;
Qui autem minor est in regno celorum maior est illo;
A diebus autem iohannis baptistae usq; nunc regnum celorum uim
patitur & uiolenti rapiunt illud; Omnes enim prophetae &
lex usq; ad iohannem prophetauerunt; & si uultis recipere
ipse est helias qui uenturus est: qui habet aures audiendi audiat;
Cui autem similem aestimabo generationem istam? simile est pueris
sedentibus in foro & clamantibus coaequalibus suis dicunt, Cecinimus
uobis & non saltastis; lamentauimus & non planxistis; uenit
enim iohannes neque manducans neque bibens & dicunt demo
nium habet; uenit filius hominis manducans & bibens &
dicunt ecce homo uorax & bibitor uinum publicanorum
& peccatorum & iustificata est sapientia a filiis suis
Tunc coepit exprobrare ciuitatibus in quibus factae sunt plu
rimae uirtutes eius quia non egissent paenitentiam;
Vae tibi corozaim, uae tibi bethsaida, quia si in tyro & sidone